Fragmentarium

k· merita eorum ad aeterne retributionis attingere. Verum si diligen
tius verba legis attendamus, forte perpatebit non fuisse prohibitum
imagines rerum aut animalium facere, sed haec idolatriae
gratia facere omnimodis esse prohibitum. Denique dicturus
in monte sancto dominus: Non facies tibi sculptile, neque omnem si
militudinem, praemisit: Non habebis deos alienos coram me;
ac deinde subiunxit: Non facies tibi sculptile, neque omnem
similitudinem quae est in celo desuper, et quae in terra deorsum,
nec eorum quae sunt in aquis sub terra; atque ita conclusit:
non adorabis ea neque coles. Quibus verbis aperte declaratur
quod illae similitudines fieri prohibentur ab hominibus, quas
in veneratione deorum alienorum facere solent impii;
quaeque ad colendum atque adorandum gentilitas erroris
repperit. Ceterum simpliciter haec fieri nulla uetat littera legis
divinae. Alioquin et dominus temptantibus se pha
risaeis de tributo Caesari reddendo, in quo nomen et imaginem
Caesaris expressam esse dicebant, nequaquam ita respon
deret: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo;
Sed potius eorum corrigeret errorem dicens: Non licet vobis
in percussura auri vestri imaginem facere Caesaris, quia
talem sculpturam lex divina prohibet. Namque locus erat
ostenso sibi nomismate census hoc dicere, si in eo Caesaris
imago causa idolatriae et non ad indicium magis regiae
potestatis esset deformata.

xx Et fecit bases decem aeneas quattuor cubitorum longi
tudinis basis singulas, et quattuor cubitorum latitudinis

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_304_f144v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6256)